cum multis fidelibus quos de
inferis potenter eduxit et ad ce-
los secum vexit. Tertio fudit
sanguinem de vulnera lateris
sui et cordis ut discipulos in si-
de dubios et alios milatos in si-
de et bone vite stabilitate tem-
ptatos, et ideo frigidos et qua-
si mortuos calefaceret et reuiui-
ficaret et sic reuiuiscat suo san-
guine iter celeste signaret, ut p*ro*-
imo *Joh. xix.* Unus militum la-
cea latus eius aperuit et conti-
nuo exiuit sanguis quod scilicet est ca-
lidus et in quo est vita hominis.
Et eo frigidos in fide caleface-
ret et quasi mortuos in vita bo-
na reuiuiscaret, ps. Similis
factus sum pellicano solitudi-
mox natos et protra eam se erige-
tes occides et mortuos triduo
deplorans, tunc rostro latum per
prium fodit et sanguinem in eos
fundit et ex eo reuiuiscunt. Sic
Iesus frigidis in fide et peccatis
mortuis subuenit sanguine cor-
dis. De secundo quod reuiuiscatis
ad instar fere vulnerate iter ce-

XXIX.

lestes suo sanguine signat et sequitur
dū demonstrat. *Lant.* iiiij. *Vul-*
nerasti cor meū soror mea spō-
sa. q̄si diceret. Attende me vul-
neratum, ppter te, vide sanguī-
nem meum et sequere me. *Jo-*
x. Venerit iesus et ostendit di-
scipulis manus et latus suum
cruentum, nō solum ut eos in
fide cōfortaret, sed ut p se mul-
tas tribulatiōes sequendū de-
monstraret. *i.* *De. ii.* Christus
passus est p nobis vobis reli-
quens exemplū ut sequamini
vestigia eius. *Heb.* xiiij. Christus
ut sacrificaret p suū san-
guinem populum extra castra
passus est, exēam ergo ad euz
extra castra scilicet delicias car-
nis fugiētes et passionē eiū imi-
tantes. *Lant.* in fine. Fuge di-
lece mi et assimilare capree bi-
nuloḡ ceruoz. q̄si diceret, cur
re coram nobis ut fera corde
vulnerata et sanguine tuo cele-
stem semitaz nobis demonstra-
donec te comprehendamus et
in te delicias eternas capiam⁹
p. *Lbor.* ix. Sic currite ut co-
prehendatis. Amen.

De consideratione sanguinis
christi secundo modo scilicet ut
in sacramento sumitur.

Sermo. xxix.

Tenite comedite pa-
nem meū et vt sup̄
Dath. xxvi. *Bibi-*
te ex hoc oēs hic est
enī sanguis meus. *Sanguis*
dñi trib⁹ modis potest cōside-
rari. Primo vt in cruce ab insi-
delib⁹ fundit. Secundo modo
vt in sacramento a fidelib⁹ su-
mīs tertio vt ppter sacramētum
ad saluandū spūaliter bibitur.
Primo modo cōsideratus cō-
mendatur ab inestimabili p̄ci-
ositate. Secundo mō a multi-
plici utilitate. Tertio mō a spi-
rituali suauitate. Quātū ad p̄
num modū semp̄ est memora-
bilis. q̄tum ad secundum mo-
dum venerabilis, q̄tu⁹ ad ter-
tium desiderabilis. De primo
Apocal. v. Dignus es dñe ac
cipere librū et aperire signac̄la
eius, qm̄ occisus es et redemi-
sti nos in sanguine tuo. De se-
cundo, bibite hic ē sanguis me-
us noui testamēti. De tertio. *Lbor.* x. Oēs p̄es nři eundē
potum spūalem biberūt. De p̄
mo modo cōsideratois iam su-
pra dictū est duob⁹ sermonib⁹.
Secundo itaq̄ cōsideratur san-
guis christi ut in sacramento
a fidelib⁹ sumīt. Et circa h̄ tria
req̄untur, Primo, quia sacra-
mentū altaris dat sub specie

Berimo

duplici, sub specie cibi et poti.
sive panis et vini. Huius triple
est ratio. Prima ad regalis co
muni pfectio[n]e, secunda ad re
demptoris corporis nostri et ani
marum simul significatio[n]e, ter
tia ad memorie passionis domini
maior[er]e representationem. De p[roposito],
Hester, p[roposito]. Rex assuerit tertio
anno imp[erii] sui fecit grande co
muni cunctis principib[us] et pu
eris suis, cibis inserebant vini
quoque ut magnificencia regia
dignus erat. Rex iste significat
xpm quod non primo yl[icet] secundo an
no, i[psius] ante legem vel sub lege, sed
tertio, ut per gratie facit comuni
um magis et prius fidelibus ci
bi et potus, ut emi ornatum et p[re]f
fectionem comuni sui et mense
demonstraret sub specie panis
et vini simul sacramentum altaris
amministrat, nam ubi alterius
decesset multum laudabile conui
niuum non esset. De secundo ps,
Tu es sacerdos in eter, emi or
dinem melchi, quod scilicet obtulit in
signum panez et vinum, in pa
ne significans futuram nostro
rum corporis redemptio[n]em in
vino animarum. Dicitur, iiii. sente.
Quare sub duplice spe sumit
sacramentum altaris, cum sub al
terutra totus sit xps, ideo scilicet, vt
ostendat tota humana natura[re]
id est corpus et anima assumptis
se et tota summa redemissa, pani et
em[en]t ad carnis referuntur quas, nu
trit, vini ad animam, quod vini opera
tur sanguinem in qua sedes anima et
phicis esse dicitur. Unum si sub alteri
us tamen specie sumeretur, ad alteri
us tamen corporis vel anima non ad
utriusque pariter liberationem
valere significaret. De tertio, li
Chorum, vii. Hic est calix noui te
stamenti in meo sanguine hoc
facite quicunque bibitis in me
am commemorationem, et sanguine
meum bibetis in memoria
mee passio[n]is, expissus enim pas
sionis xpi ad memoriam reducit p[re]
siderationem sui sanguinis pro
corpis. Exo, xii. Erit sanguis
vobis in signum in edib[us] in quibus eri
tis, in signum, scilicet agnus sine ma
cula occisus est in liberatōe is
rael de egypto, sic sanguis christi
propterea et expissum memoriale
est passio[n]is sue, iiii. Re, iiii. Vi
derunt moabites aquas rubras qui
sanguinem dixeruntque sanguis est
gladii, pugnauerunt reges et se
et ceteri sunt multo reges, scilicet xps et
diabolus, ille huius, hic superbo
rū pugnates in passione domini, qui
corpora hoilem ad suum seruitum ob
tinuerat, ambo sunt grauitate vul
nerati. De primo Job, xvi. Ho
stis meus irruit in me quod si grygas

XXIX

Cōscidit me vulnerē sup vuln^o
De scđo ysa. li. Numqđ nō tu
 dñe p̄cūsisti supbū, vulnera-
 sti draconem. vulnerauit itaqđ
 vulnerē graui qđ cū xp̄i carnez
 innocentē mordere p̄sumpsit.
 latēs aculeus diuinitatis potē
 tiam malicie ei^o p̄forādo ener-
 uauit, et quē captiuoz tenebat
 boiem de manu teranidis ei^o
 liberauit. recte igi^u daf sacram
 altaris sub specie dupli, qđ n̄
 solū sub specie panis corp^o xp̄i
 sed etiā sub specie vini ei^o san-
 guis ad exp̄slī memoriale dñi
 ce passionis. **S**ecundo q̄rit q̄
 re populus nō accipit sanguī-
 nem sicut sacerdos sub specie
 vini. **E**t hec est triplex rō. **P**ri-
 ma est ad habendū vas p̄gru-
 um tanti sanguis p̄tētiū. **S**e-
 cunda ad vitādū effusiois pi-
 culum. **T**ertia ad p̄cauenduz
 erroris piaculū. **D**e p̄ma rōne
 Sicut em̄ vīnū vas speciali^o
 r̄ diligenti^o p̄paratū in q̄ serue-
 tur exigit q̄s panis. sic sanguis
 xp̄i sub specie vini sumend^o so-
 lis sacerdotib^o concedit tanqđ
 vas dñi ad hoc speciali^o con-
 secratis z sacra religiōe cōstrī-
 cas z virtutū pulcritudie pre-
 cellenti^o p̄ornatis. **H**inc p̄pan-
 tur in scripturis triplia vasi ele-
 ctio, saltari cōsecrato, crathere

ligato, z aurco cipho. **D**e p̄mo
Deut. xij. Carnib^o hosti. z tu-
 arū vesceris sanguinē fūdens
 in altari. i. cōmittens sacerdoti
 q̄ debet esse vas speciali^o cōse-
 cratū z sanctū z altare dignūz
 ad sanguinē dñi suscipienduz
Blosa Exod. cxv. Altare holo-
 causti signat vitā iustorū q̄ car-
 nem suā q̄tidie crucifigunt cum
 vitis et cōcupiscentijs atqđ in
 hostiā viuentem deo offerunt
 sup̄ ser. xvii. in fine p. **M**ach.
 iij. Altare holocaustorū est fi-
 des pura, doctrina recta et cō-
 uersatio bona xp̄i misericordiæ. z c.
Ps. Altaria tua dñe fūtum.
 q̄si diceret O q̄s sancta q̄s orna-
 ta q̄s dilecta debent esse sanguini-
 us xp̄i vasa. **D**e scđo Exodi.
 xciij. Tūlit moyses dimidiāz
 p̄te sanguis victimarū et misit i
 cratheras Crathera vas ē ri-
 narium multis circulis circu-
 ligatū significans religiosorū
 sacerdotū vitā virtutib^o custo-
 ditā, ad xp̄i sanguinē suscipien-
 dū aptā. **E**ccl. vi. Injice pedē
 tuū in cōpedes sapie z collum
 tuū in torques illius. decor ei-
 vite ē in illa z vincula illi^o alli-
 gatura salutaris. **I**stē idem ni-
 mor dñi scie religiositas, religi-
 ositas custodiet et iustificabit
 cor, gaudium z exultatiōz dabit

Sermo

De tertio Eccl. Sacerdos magnus q̄si vas auri solidum ornatum oī lapide p̄cioso. i. om̄i generē & tūtū dicit glosa, tale utaq̄ vas exigitur speciale celestium ad suscipiēdū sub specie vini sanguinē dñi p̄ciosū. Secunda rō est ad vitādū effusionis piculum, cū em̄ popul⁹ xpianus in solēnitatib⁹ ad suscipiēdū sacramētū conuenit ppter multitudinez circa altare se exp̄mit ita q̄ vix corpus dñi sine metu deflux⁹ cape possit. Unde multo magis si de calice sanguinē sumeret sine piclo effusionis nō esset. Hinc est q̄ dñs aplis in cena paucis & vt suis sacerdotib⁹ nō solū corp⁹ in specie panis, sed & sanguinē suū in specie vini dedit. Dulitudini p̄ hoīm ī deserto panem sine potu distribuit. Tertia rō est ad p̄cauendum erroris piaculū. Si em̄ plū ruđis suscipet sanguinē sub specie vini vir crederet illū cē sub specie panis, cū tñ veraciter sit sub utraq̄ specie, nā sicut sub specie vini consecrati sanguis xp̄i ē p̄ transubstantiationē, ita corpus ibi est p̄ annexionē, et sicut sub specie panis corp⁹ xp̄i est p̄ transubstantiationem, ita ibi sanguis eius veraciter icel

ligiſ p̄ ānexionē. Nec em̄ duo corpus christi et sanguis, immo hec quattuor corpus sanguis & anima & deitas xp̄i iam ultra nō possunt separari. Unū sicut sacerdos suscipit sanguinem xp̄i sacramentalē de calice, sic populus sumit eū intellectualiter sub specie panis de ipso xp̄i corpore, & est eis tam utilis & tam dulcis vt sacerdotib⁹ q̄ sumūt eum sub specie vini de calice. Lanti. i. Botrus cipri dilect⁹ meus mibi q̄si sc̄z in botro sumo duo, viuam, & corpus dñi ī cibū, & ex r̄ua succū dulce sanguinē in potū. Deut. xxvij. Cōstituit eum dñs vt sanguinem r̄ue biberet meracissimū. Per hunc potū reficit dñs aīaz do nec p̄ducat ad vitā etiam. Iohan. vi. Qui biberit meū sanguinem habet vitā eternā. Amē

De effectu sanguinis xp̄i sacramentaliter Thēma p̄ priūm
Sermo, xx.

Tene comedite p̄ne meū r̄c, & alia vt supra. Que utilitas ī sanguine meo. Iohan. vi. Qui biberit sanguinē meū h̄z vitā etiam. Tertio q̄ritur de sanguine xp̄i vt in sacra mēto a fidelibus sumit que sit

XXX

utilitas eius siue effectus. Ad
 hoc sciendū q̄ sic sumptū pos-
 sumus p̄siderare trib⁹ modis.
 vt sc̄ potū aque viue, vt vinū
 spūale, vt sacrosanctū misteri-
 um ecclie. De p̄mo ps̄. Per-
 cussit petrā z fluxerūt aq̄, sicut
 petra significat corpus xp̄i, ita
 aq̄ ille sanguinē ei⁹, q̄ est ver⁹
 z viu⁹ por⁹ anic. Descō Pro-
 uer. ix. Venite bibite vīnū qd̄
 misici vobis, i. sanguinē chi-
 sti multa dulcedine plenū z cō-
 dicum. De tertio Heb. xij. Je-
 sus extra portas passus est vt
 e sūn sanguinem sanctificaret
 populuz, ergo sanguis xp̄i res-
 sanctificans est z sacrosancta,
 Lōplenda, q̄sumus dñe vt sa-
 crosancta mysteria p̄sens reme-
 dii nobis esse facias et futurū
 Juxta p̄sideratiōem z similiū
 dinem cuiuslibet istoz triū ha-
 bet sanguis xp̄i triplice effectū
 Primo p̄t p̄siderari sanguis
 xp̄i por⁹ vt potus aq̄ viue, sed
 potus vt dicunt phici ē hume-
 riatus aridoz, extintius in-
 censoz, et delatiuus ad mēbra
 ciboz. Silt potus sanguis vt
 significat q̄ aquā tres habet ef-
 fectus in aia fideli, arida eius
 humectat z riungit, male incē-
 sa refrigerat z riungit, cibum
 verbi dei ad membra rehicit vt

bene operi possint. De primo
 ysa, clvij. Effundā aquaz sup-
 sistente z fluentia sup arida, vt
 sc̄ aia q̄si puluis arida z facile
 fixa z ad malū pna, potu san-
 guinis xp̄i perfusa, coiungat, cō-
 glutinet z roboretur ad bona.
 ps̄. Nō sic impij nō sic sed tā
 q̄ puluis quē p̄ficit vent⁹ a fa-
 cie terre, q̄ temptatio dyaboli
 spargit cogitationes eoz z desi-
 deria, locutiones z opa p̄ diuer-
 sa vitia. Ecodi, v. Dispersus ē
 populus p̄ vniuersam terram
 egipci ad congregandas pale-
 as sc̄ mundi vanitates. Eco-
 tra Joh. xi. Jesus moriturus
 erat supple et sanguinem suum
 daturus non tñm pro gente sed
 vt filios dei qui dispersi erant
 cōgregaret in vnum sc̄ p̄ cor-
 dis vnitonē, lingue refreratoez
 sensuū z mēbroz disciplinā, vi-
 te religionē, z supnā dilectioez
 p̄. Lhoz, v. H̄tis noua p̄sper-
 sio sicut estis azimi. Quia sicut
 estis azimi, id est per baptismū
 a viuis sinceri facit, ita satis as-
 persione sanguinis christi qua-
 si pasta in noua et bona vita
 compacti. De secundo effe-
 ctu, Psalmista. Percussit pe-
 tram et fluxerunt aque ad re-
 frigerandum scilicet prane si-
 nis ardorem. Habetur cūam

Bermon

Eccl. iii. Ignis ardetez extinguit aqua, qd sanguis xp̄i figura p aquā, destruit feruore ire auaricie et prauam amoris et cōcupiscentie. Aug⁹. Dñe iesu christe scribe ī cord meo vulnera tua p̄cioso sanguine tuo vt legā in eis tuum dolorē et tuū amores tuum dolorē ad sustinendū p te oēm dolorē, tuū amorem ad cōtemnendū, p te oēm prauuz amore. Et sic apparet qd sanguis dñi ad instar aq cōtra mala in nobis incensa valet. De tertio effectu. iij. Re. xix. Helyas comedit et bibit aquā et ambulauit triginta dieb et noctib in fortitudine illius qusq pueruit ad monte oreb, potus cibū ad mēbra detulit et ad eundū sive opandū mouit, sic pot⁹ xp̄i cibū verbi dei sive p̄cepti ad cor da defert ut v̄ires ale et mēbra corporis s̄m illud vivant regans et bñ openſ. s̄m illud prouer. ix. Comedite et bibite relinqt̄ infantia et viuite et ambulate p̄ vias prudentie, comedite cibū verbi di et bibite sanguinē xp̄i, qd sc̄ p̄cepū ad cor, ad sensus, et ad mēbra deferat, et praua re linqre et bona p̄ficeremoneat. Secundo potest considerari sanguis xp̄i vt vinuz spūale, et s̄m hoc tres habet effectus, qd la uat, calefacit, letificat, lauat so des culpe, calefacit corda caritate, letificat spūali dulcedine. De p̄mo Dñi, xliv. Expectatio gentiū, lauabit in vino stolas suā et in sanguine v̄ne palii suū id est fidele aiam. i. Job. i. Si in luce ambulam⁹ societate ha bemus adiuicē et sanguis ie su filij dei emundabit nos ab oī pctō. Heb. ix. Si sanguis hircorū et thauorū aspersus in qnatōs sanctificat ad emūdationē carnis, qnto magis sanguis xp̄i emūdabit p̄sciam nostram ab opib mortuis ad seruendū deo vincenti. Apo. xxv. Bsi qd lauāt stolas suas ī san guine agni, vt sit ptas eoz in ligno vite. De scđo Deut. xxxii. Constituit eū vt comedeteret medullā tritici, i. dulce corp⁹ chri sti et sanguinē vue biberet meracissimū, i. purum et calidum. Puz a macula iniqtatis, calidū ī effectu caritatis. Hester. i. Assuerus, i. b̄tis post nimia potationē incaluit mero, i. ac census ē caritate. Lane. q. Introductus me rex in cellā vinariam ordinavit in me caritatem. Cella vinaria est ecclia vbi p̄pinat calidū vinū sanguis xp̄i ad accendendū corda dilectione dei et p̄imi. Matth. xxvi.

XXX

Accipiens Iesum calicem dicit
 bibite hic est sanguis meus, ca-
 lic est calida potio qsi calidum
 vnu, calidus sanguis domini ca-
 les facies cor ad amorem dei et p-
 mi. De tertio Ps. Vnu letifi-
 cat cor hois. Ecd. xxxi. Exul-
 tatio aie et cordis vnu mode-
 rate potatum. i. sanguis christi
 sumptus cu mensura fidei. Lan-
 p. Botrus cyprii dilectus meus
 mihi qr scz sumo cu suo sanguine
 dulcedinem spuialis leticie, ad
 obliuiscendum dolorē presentis
 Trouer. xxxi. Date sicerā me-
 renibz vnu bis q amaro sūt
 anio, bibant et obliuiscant ege-
 statis sue. Tertio potest cōside-
 rari sanguis Christi ut sacrosactū
 misteriū ecclie. i. vt res sacra et
 secreta in q magna virtus dei est
 abscondita, et fm hoc tres ha-
 bet effectus supernaturales, de-
 mones em̄ triumphat, gratia di-
 petrat, in vita bona cōseruat
 donec ad vitaz ethiam pducat
 De pmo Epo. cii. Cu viderit
 dñs sanguinem agni in suplimi-
 nari, id est, in mente fideli no si-
 net pcessore ī gredi domos ve-
 stras et ledere. Erisost. Hic san-
 guis abigit demones et longe
 facit esse. p. Mach. vi. Ostende-
 runt elephanti sanguinem vne-
 t mori ad acuendos eos in p-

lium, multomagis ligitur p sum-
 ptu sanguinem Christi vincunt spi-
 rituales inimici. Apo. xij. Fa-
 ctum est prelum magnū cum
 dracone et ipsi vicerunt illū, p-
 pter yba testimonij et pte san-
 guinem agni. De secundo. i. De
 tri. i. In asperzione sanguis ie-
 su Christi gra vobis. Heb. xij. Ac-
 cessistis ad montem dei et sangui-
 nis aspersione melius loquentes q
 abel, qr. s. sanguis abel clamat
 ad deum vindictam, sanguis chri-
 sti postulat et impetrat gratias,
 Ber. O sanguinez Christi sume
 reuerendū in altari poculū in
 celo p nobis ad patrem aduoca-
 tu. De tertio Jo. vi. Alii man-
 ducaueritis carnem filii hois et
 biberitis eius sanguinem, no ha-
 bebitis vitā in vobis, quasi di-
 ceret, si biberitis bonā vitā ha-
 bebis. Leui. xvij. Aia ois car-
 nis in sanguine est. Ania. i. vita
 Phus. Corruptio et senectus
 no est nisi paucitas sanguis, et
 postq caruerit sanguine corrū-
 pitur corp. Hinc multa mori-
 riuntur animalia ppter vacui-
 tem sanguinis, sicut itaq ī san-
 guine nostro vita est corporalis
 sic in sanguine Christi est spiri-
 tualis et conseruatio vite spiri-
 tualis et pductio ad statum vi-
 te immortalis, Johannis. vi.

Sermo

Qui bibit meum sanguinem
babet vitam eternam. Amen.

De consideratione sanguinis christi tertio modo.

Sermo. pxxi.

Tenite comedite panem meum, et cetera et alia ut supra. I. Loz. c. Pa-
tres nostri oes eun-
dem potu spualem biberunt. Au-
gust. Biberunt potum spualem
eundem quem et nos Corpalem
pro alterum, quod aqua que fluxit de
petra et fuit signus sanguinis Christi
quem nos etiam spiritualiter bibi-
mus. Tertio modo considerat san-
guis Christi ut propter sacramentum
a saluandis spiritualiter biberet, et cir-
ca hoc tria possunt inquirentur. Pri-
mo locus ubi iste potus inuenitur,
secundo versus ad quem queritur
tertio suauitas gratie quod de vsu
eius exoritur. Primo quod est sit
locus ubi potus spiritualis sanguini-
cis Christi inuenitur. Ad hoc di-
cendum quod tot sunt loca quot Christi
vulnera. Ps. Percussit petram
et fluxerunt aquae, sicut et foran-
minibus petre inde aqua ita si-
deles ex vulneribus Christi hauriunt
spualem eius sanguinem. Zach.
xiiij. Quid sunt plague iste in me-
dio manuum tuarum. Respondeo

ut scilicet sugam ex eis sanguinem
spualem per piam passionis me-
ditationem ysa. xij. Hauriens
aquas de fontibus salvatoris de
vulneribus spualem sanguini-
mem ad scitum malorum desiderio-
rum extinguendam. Sed ad quod
est vulnus lateris. ysa. lx. Filii
tui de longe venient et filie tue de
latere fugent. Slosa. quod profora-
to latere Christi in cruce effluit sa-
guis redemptoris. Filii ergo de longe
venient, quod electi de peccatis per-
nitentiam agent et filie de late-
re fugent, quod deuote ale de reu-
nere lateris Christi spualem deuo-
tionis sanguinem bibent. Hinc
in locis quibusdam a dextris cru-
cifixi depingitur puella bilari et
pulchra facie et coronata deponen-
tans ecclesiam quod sanguinem Christi
in calice reverenter sulcepit et a
sinistris synagoga oculis pan-
no ligatis tristis facie inclinans
caput et corona decidente que-
rim sanguinem fudit atque ad
huc extemnit, in quo figuratur
quod hec et omnes mortaliter peccatis
tria bona predicta lumine scilicet gratia
gaudium conscientie, coronam glo-
rie. Hinc dominus Treni in oratione Je-
remie. Ne nobis quia pecca-
tumus ideo obtenebrati sunt
oculi nostri mestici facti est cor
nostrum, cecidit corona caput.

XXXI

Vobis pueris in dext' sanguinem christi in calicem suscepit
 quia fidelis anima cor mundum
 vulneribus christi applicans sanguinem eius spiritualiter cum
 omni deuotione sumit unde lu-
 men verum cordis gaudiu[m] et
 eterne glorie coronam acquirit.
Secundo queritur quis sit vsus
 ad quem sanguis christi queritur.
Et dicendum ad animam totam cum tribus potentias suis, scilicet intellectu, voluntate et memoria profundendum atque potandum.
Exod. xxvii. **F**asciculum ysopi tingere in sanguine qui est in lumen et aspergite ex eo superlimina et vtrungs postea. **F**asciculus ysopi significat perfectionem et integritatem fidei. **L**umen domini humilis christus per quem conceditur ad celum introitus. **F**asciculum autem ysopi tingere in sanguine qui est in limine est fidem rectam sanguine passio nis christi decorare et confirmare, sed debemus eo vtrungs possest et superluminare aspergere, id est intellectum, affectum et memoriam ita sanguine christi perfundere et spiritualiter iubilare, ut intellectus huius sanguinis circa genus humani virtutem recognoscatur, affectus tam ingens erga se beneficius

diligendo sapiat, et memoria ta-
 ti amoris et largitatis sacramen-
 tum nunquam obliniscendo sem-
 per teneat. **T**ertio queritur quae
 sit suavitatis gratia que de tali
 vsu sine perfusione iam dicta
 sanguinis huius exoritur. **E**t
 potest ad hoc dici quae facit ani-
 mam quasi paradisum dei. De
 suavitate huius gratiae p. Pe-
 tri primo. In aspersione sanguini
 es iesu christi gratia vobis et
 pax multiplicetur. **G**ratia vir-
 tutum fertilitas, pax dulcedo
 cordis atque serenitas. **H**uius
 suavitatis gratie per irrigations
 sanguinis christi comparatur
 paradiſo di Eccl[esiast]i pl. **G**ra-
 tia sicut paradiſus in benedi-
 ctiōibus, id est sicut ortus dei
 in varijs deliciosis fructibus
Jeremie tricelimum. **E**rit
 anima eorum quasi ortus irri-
 giūs. **I**nstagata enim anima
 dulci christi sanguine profert
 triplicem suavitatem gratie, sci-
 licet dulces flores virtutum,
 frondes arborum, fructus ope-
 rum. **P**rimo ex spirituali per-
 fusione sanguinis christi ori-
 untur in anima quasi in para-
 diſo dei dulces et varijs flores
 virtutum. **N**am sicut sanguis
 hominis triplicem habet co-
 lorem, **S**anus rubeum, mārā

Bermon

me decoctus, ut lac in mamil-
lis mulier habet colore albus
et maxime coct nigrum, sic spuma
lis influentia sanguis domini ope-
ratur in aia qsi in paradyso dei
flores virtutum varij coloris, scilicet
rosas caritatis, lilia castitatis, et
violas humilitatis. De primo Eccl., l.
Justus qsi flos rosa in
diebus vernis, qsi rutilat ro-
seo sanguine Christi virtute carita-
tis. Cant., vii. Come capite tui
sicut purpura regis, qsi tingit
sanguine ciuidam animalis,
come capitis ecclesie, i.e. Christi sunt
fideles, bonis cum morib⁹ deco-
rantes, hi sunt ut purpura re-
gis, qz spūali Christi sanguine p̄fusi
rubent ut rosa virtute cariar⁹.
De secundo. Eccl., l. Just⁹ qua-
si lilia que sunt in transitu aq.
qz scilicet candet castitate ex bene-
decocti in corde eius Christi sanguini
nis irrigatio. Apoca. vi, laue-
runt stolas suas et dealbauerint
eas in sanguine agni. Cant., v.
Oculi eius, i.e. fideles in futurū
sibi prudētes sicut colubē qz la-
cte sunt lotus, sicut simplicium
qz ex bene cocti in manillis cor-
dis eoz Christi sanguinis dealba-
ti sunt et casti facti. Osee, viii.
Ego qsi ros et israel germina-
bit quasi liliū. De tertio Cant.,
v. Iā byems trāslyt flores ap-

paruerunt in terra nostra. Flo-
res p̄mi post hys emē sunt viole
nigri coloris, pulcre, boni odo-
ris et terre vicine. Hui flores si-
gnificat annas būiles ex ɔside
ratioe sanguis Christi in passione
multū toru quasi denigratas.
Id est sibi viles et coraz supbis
ɔspectas. Ezech., xxxii. Nigre
scere faciat stellas celii, arden-
bo veritas, nigrescere faciam
sanguine Christi ut nigras et pul-
cras violas virtute humilitatis
Canti, p. Nigra sū sed formo-
sa filie hierusalē. De his tribus
generib⁹ et colorib⁹ florū para-
disi dicit Treni, iiiij. Nādidiores
nazarei eius, id est floridi nūne-
nitidiores lacte, quia simulan-
tur lilio in castitate, rubicundi-
ores ebore antiquo, quia simu-
lantur rose in caritate, saphiro
pulciores, quia simulan-
tur vio-
le in humilitate. Secundo ex
spūali p̄fusione sive potu san-
guinis oriuntur in anima quasi
in paradyso dei frondes bono-
rum et dulciuz eloquior⁹. Job,
xiii. Lignum habet spē si pre-
cisum fuerit, si senuerit in terra
radix eius ad odorem aq. ger-
minabit et faciet comam quasi
cum p̄mū plantatū est. Eccl.,
xxix. Florete flores et fronde-

XXXI

te in gratiam, qz scz electi nō solū flores virtutū, sed etiā folia verboꝝ honorū p̄ferrunt ex potu sanguis christi ad tripli-
tem grām, s. ad pctōꝝ uestis-
nem, ad inimicōꝝ reconciliatio-
nem, ad mestorōꝝ cōsolutionem.
Hic arbores irrigate triplicia
p̄fere legunt̄ folia, scz medici-
nalia, pulcerima & virida. De
p̄mo Apoꝝ, xxvij. Ezech, xlviij.
Folia ligni scz paradisi dei ad
medicinā et sanitatē gētium. i.
pctōꝝ, quia aque ei de sanctu-
ario egredunt̄, aqua sanctua-
ri spūialis potus sanguis xp̄i
efficit folia sancte p̄dicationis
ad salutē peccatoris. Drouer.
xxv. Lingua mollis frāgit du-
rīam. Dal. ii. Lex veritatis
suit in ore eius & multos auer-
tit ab iniqtate. De secūdo Da-
niel, iiiij. Ecce arbor & folia pul-
cerima & subter eā habitabūt
animalia & bestie, & in ramis eius
volucres celi, qz diceret sub fo-
lio pulcro animalia sibi inimica
vt lupus & agnus columba et
nīsus pacificata erant, qz p̄ba
sapientum inimicos reconcili-
ant. Eccl, xi. Thibie & psalteri-
um suauē faciūt melodiam, id
est cōcordiam vocū & sup vtra
qz lingua suavis faciēs concor-
diā inimicorū. Itē, vi. Uer-

bum dulce m̄ltiplicat amicos
& mitigat inimicos, et signa eu-
charis, & bone grātie in bono
homine abundabit. De tertio
Jere, xvij. Benedic̄ vir q̄ cō-
fidit in dño & erit tanq̄ lignuꝝ
qd̄ transplātaꝝ super aquas et
erit foliū eius viride. Viridis
color inspectus maxime i her-
bis & folijs ocl̄os turbatos re-
parat & confortat. Unde p̄ hu-
m̄lmodi folia bonoꝝ verba si-
gnificantur, que tristes et misé-
ros consolant̄. Eccl, xl. Gra-
niam & speciem desiderat ocu-
lus & super hec virides satōes
Prouer, xxvij. Ungento & va-
rijs odoribꝝ delectat cor & bo-
nis amici consilijs anima dul-
cat. Eccl, xlviij. Ezechias cō-
solatus est lugentes syon usq̄
in sempiternuꝝ. Job, xxix. Cu-
sederem quasi rex, eram tñ me-
rentium consolator. Roma, i.
Desidero videre vos vt aliqd
impartiar vobis grātie spirita-
lis ad p̄solandos vos. Jobet.
iiij. In die illa stillabunt mon-
tes dulcedinem et colles fluēt
laete scz sacre cōsolatiōis. Ter-
cio ex spirituali potu sanguis
christi oriunſ in anima quasi
paradiso dei honorum operū
fructus. Eccl, xxvij. Rigabo
ortum plantationum et inebri-

Sermo

abo partus mei fructū, rigabo sanguine x̄si orum aie et inebriabo fructum bonorū operū celesti dulcedine, i. boni irrigati potu sanguinis christi faciet dulcē fructum bonorū operū celesti dulcedine ad utilitatem xpi, quem etiam ipi comedent in retributiōe celesti. Amos, 13. Facient orus et comedent fructus eoz in plenti scz spūali p̄gustatōe et in futuro plena fru-
tione. Amen.

De triplici potu sanguinis christi. Thēma speciale

Sermo, xxxvij.

Tenite comedite pa-
nem meuz tē, et alia
vt. s. Joh. vi. Sā-
guis meus vere est
potus, Potus sanguis christi
triplex est vt ex iam supradictis
pater. Sacramentalis, intelle-
ctualis et spūalis. Sacra-
mentalis q̄ a solis sacerdotib⁹ sumi-
tur sub specie vini d̄ calice. In
tellectualis q̄ a solis christiāis
sumit sub specie panis de ipso
xpi corpe. Spūalis q̄ ab oīb⁹
saluandis sumit de passionib⁹
christi pia medicatiōe. Primo
mō sumptus peccata q̄tidia-

na relaxat Secundo mō, fidele-
mentē dulcedine sua delectat,
tertio modo totā aniam irrigā-
do secudat. Primus pot⁹ san-
guinis xpi est sacramētal, q̄a a
solis sacerdotib⁹ sumit de cali-
ce altaris. Matth. xxvi. Acci-
piens iesus calicē benedixit et
dedit eis dices, bibite ex h̄ oēs
hic est em̄ sanguis meus, oēs
scz apli, q̄sī soli sacerdotes, iste
pot⁹ digne sumpt⁹ peccata q̄n-
diana relaxat, et hoc triplici rō-
ne, q̄ tria mala sunt in pecca-
to veniali, scz qđā macula con-
scientie, quedam pena tristicie
et qđam aduersitas diuine of-
fense. Cōtra hec tria, prie va-
let potus sanguinis xpi q̄ ē pu-
rus, lenus, p̄ciosus. Rōne puri-
tatis lauat, rōne lenitatis sanat.
rōne p̄ciositatis placat. Lauat
dico p̄scientiam anie maculas
remouendo, sanat penā tristi-
cie corda fidelium cōsolando,
placat offendit diuine iusticie
p̄ nobis interpellando. De p̄
mo Heb. ix. Sāguis ei⁹ emū-
dabit p̄sciam nostrā. Genesis.
xlix. Expectatio genū lauabit
in sanguine vue palū suū, id ē
anias nr̄as. De secundo Zach.
x. Letabitur cor eoz quasi a vi-
no, vinum sanguis est vue et si-
gnificat sanguinē christi quez

XXXII

bibunus in altari. iste pot^o cor
 bonoz letificat. qz conferendo
 solaciuz spūalis leticie sanat a
 tristitia culpe. Ps. Lalix me^o
 inebri. qz pclarus est. De tertō
 Hebre. xij. Accessistis ad san-
 guinis aspersionem melius lo-
 quentem qz abel. qz scz sanguis
 abel clamat ad d̄cum ptra pec-
 catoroz vindictam. sanguis xp̄i
 postulat p nobis et ipetrat in-
 dulgentiā. Bern. Os sanguinē
 christi sume reverendū in alta-
 ri poculuz in celo p nobis ad
 d̄cum patrem aduocatū. Sc̄i
 enduz ho qz tria genera homi-
 num grauiter arguunt in scri-
 pturis qz nimis peccant in san-
 guine salvatoris. Primi sunt cor-
 pore immundi. secundi corde
 indurati. tertii peccatores pra-
 ui. Primi sanguinē xp̄i in ma-
 gnis pctis idigne sumūt. Sc̄i
 ad p̄tutem sanguinis xp̄i a pctis
 suis cōueri nolūt. Tertii lucrū
 de sanguine xp̄i ad prauos y-
 sus puerunt. De primo. i. Lo-
 rinth. x. Non potestis bibere
 calicem dñi et calicem demoni-
 orum. calix diaboli est luxuria
 carnis et mudi. Deut. xxx. Fel-
 draconū vinum eorum qz hoc
 potu turbido et immundo ine-
 briatur et sup eum sanguinez
 christi p̄ciosum fundunt qz tuz

in se est enim polluant. et iō gra-
 ui pena digni sunt. Genes. viij.
 Daledictus eris sup terram
 qz aperuit os suū et suscepit san-
 guinē fratrii tui de manu tua
 super terrā. i. plus qz caro tua.
 Hebre. x. Irritam quis facies
 legem moysi sine vlla misericordia
 one duobus vel tribus testib⁹
 moritur. quanto putatis dete-
 riōra mereri supplicia qui fili-
 um dei concilcauerit et sanguini-
 nem testamenti pollutū duxer-
 it in quo sanctificatus ē et spi-
 ritum grē p̄tumelia fecerit. De
 secundo Jere. v. Indurauerūt
 facies suas supra petram et no-
 luerūt reuerti. quasi diceret. p-
 titaces in sua malicia durio-
 res sunt corde qz petra. sed qz
 dur^o adamās. quia qz nūl-
 la re possit frangi scinditur ta-
 men sanguine hirci. sed illi du-
 riores sunt qui ne virtute san-
 guinis christi emolliri. nec a sua
 prauitate cōueri possunt. Itē
 duriores sunt qz petra et quelū
 bet lava dura. quia ad clamo-
 rem christi in cruce et in ei^o san-
 guinis effusione terra tremuit
 et petre sūt scisse. sed isti nec ad
 terribilem vocem predicationis
 nec ad virtutēs sanguinis
 christi possunt emolliri. et a
 sua prauitate conuerti. De

Bermon

terio Iere. xxij. **V**e q̄ edificat domū suam in iniustia et appetit sibi fenestras et facit laquearia cedrina, pingitq; sinopide sc; rubeo colore i., sanguine xp̄i de glosa. **Q**ui d'omū materialē edificat de male acq̄sitis v'l ornat supflue, sanguine xp̄i, i. de rebus ecclesie acq̄sitis sanguine xp̄i grauiter peccat, sed multo graui? q̄ d'omū sp̄ualem id familiā prauaz vt prauas mulieres filios et filias quasi partes dom' vt fenestras q̄ qs̄ diabolus et fures intrant et laq̄ria q̄si laqueos diaboli iniuste edificat et pingit, i. vestit pascit et ornat sanguine christi, his dicit ve. i. grauis icrepatio et ceterne pene cōminatio. **S**ecundus potus sanguis xp̄i est itel lectualis qui a populo christiano sumit sub specie panis de ipso corpe saluatoris. Nam sic sub specie vini secrati sanguis xp̄i est q̄ transubstantiationē et corpus q̄ annexionē. **U**nde si cut sacerdos suscipit sanguinem xp̄i sacramentaliter de calice, ita fidelis populus sumit cum intellectualiter de ipso xp̄i corpore. **J**ob. xxix. Pulli aquile lambūt sanguinē, pulli sunt subditi ecclesie, h̄i lambūt sanguinem xp̄i non de calice sed d'ip-

so xp̄i corpore, hic potus fidelem mentē dulcedine sua delectat. **L**ant. i. **B**or' cypri dilectus me⁹ mihi. In botro duo sunt. **E**lua in cibū. et i vua dulcis sanguis i potū. **D**s. **D**e petra melle saturavit eos. **S**icut petra corpus xp̄i incorruptibile sic mel d' petra significat dulcem sanguinem quē sugunt fides de xp̄i corpore. **H**ec dulcedo tria bona facit. **C**onceptus vitior̄, granam bonor̄, eloquum, desiderium eternorum. **D**e pmo Prouer. xxvij. **A**lia saturata calcabit fauū. q̄ eñ d' petra corporis xp̄i melle sanguis eius saturati sunt ois p̄tū suauitatem remununt. **J**ud. ix. **D**icit arbor fucus in plona fidelis aeternumq; possūm deserere dulcedine meā vt iter cetera ligna promouear, q̄si diceret. **P**ēno gloriam et delectamenta mundi p̄ dulcedine dei. **D**escđo Lant. iij. **F**au' distillans labia tua mel et lac sub lingua tua, q̄i diceret qz sub lingua, i. in corde plena es sp̄uali dulcedie, idcirco abundantans utili et dulci locutōne. **M**ath. xij. **E**x abundānia cordis os loquit, sicut de vase pleeno sic est d' corde, vas plenum felle effundit amaritudinē, plenū melle dulcedinē. **I**u. vi. bo-

XXXII

unus homo de bono thesauro
 cordis sui perfert bonum. De scio
Ecc. xxiiij. Qui bibit me ad
 hoc sitiet. Greg. In corporibus
 appetitus placet, experientia di-
 splicet. spūalis hō dulcedo qn
 to plus bibit tanto amplius sin-
 tur. qz scz dū ex pleno fonte ce-
 lestis dulcedinis stillatum mū
 do cordi degustāda illabit ci
 plenitudo potanda magis desi-
 derat. p. In stillicidibz cū le-
 tabitur germinans, vñ **Giu-**
 uit alia mea ad dēū fonsē viuu
Zerti pot sanguis xpī est spi-
 ritualis qui ab omnibz saluan-
 dis sumit. de passiōis xpī pia
 meditatiōe. **Lor.** x. Pr̄es no-
 stri oēs eundē potū spūale bī-
 berūt. sicut p̄es boni de for-
 minibz petre aquā biberūt et i
 illa sanguinē passiōis xpī figu-
 ratū crediderūt et p̄ fidē spūalr
 gustauerunt. Sic boni xpiani
 de vulnēz xpī pia meditatōne
 sanguinem eius solent spūale
 bībere. **ysa.** lc. **Filiū** nū dēlōge
 venient et filie tue de latere su-
 gent. **Hic** pot totā animam qsl
 ortū dei irrigādo fructū bono
 secundat. **Ecc. xxiiij.** Rigabo
 ortū plantationū et inebriabo
 partē mei fructū. I. fideles anie
 irrigate sanguine xpī fructū ope-
 ris boni. **Lol.** pmo. In oī bo-

no ope fructificantes. fructus
 bonoꝝ opeꝝ triplex est. s. hone
 ste pueratōis. sacre deuotōis.
 et iocunde pietatis. de pmo pa-
 scit hō seipm. de secūdo deum
 de tertio proximum. De pmo
Ecc. xxiiij. Ego qsl vitis fru-
 ctificanu suavitatē odoris et flo-
 res mei fructus honoris et ho-
 nestatis qsl honeste pueratio-
 nis **Eph.** v. Fructū lucis est in
 oī bonitate et iusticia et verita-
 te. Que aut in occulto fūit a fi-
 lijs tenebrarū turpe est dicere
Dath. vij. Dis arbor bona
 fructū bonos facit. fructu bone
 vite pascit qscq seipz. **Prouer.**
 xvij. Qui seruat sicū pmedet
 fructus eius. **ysa.** vij. Dicite in-
 sto qm̄ bñ qm̄ fructū adinuen-
 tionū suarū comedet. **Prouer.**
 xv. Secura mens qsl iuge co-
 uiuiū. secura et honesta vita. **vij**
Lhor. i. Olia nra hec est testi-
 moniū pscie nrc q in simplici-
 tate et sinceritate dei et nō in sa-
 pientia carnali puerati sum in
 hoc mdo. **Descdō** **Lant.** iij.
Ort cōclusus soror mea. emis-
 siōes tue gadisus malox puni-
 corz cū pomox fructibz. emissi-
 ones iste sē fructū deuotōis. vñ
 sequit. nard. croc. et cynamo
 mū q sunt species aromatice et
 ppterodore bonū et ppterē suā si-

Bernio

gnificant fidelium deuotōez q̄b
fructib⁹ pascitur de⁹ deo grata
q̄ p̄sistit in sacris desiderijs, in
varij⁹ fructib⁹, florijs, geminib⁹
et oronib⁹. **H**ijs fructib⁹ pascit
fidelia a dñm, vñ seq̄tur ibidē
Ceniat dilectus me⁹ in ortuz
suū vt comedat fructū pomo-
rū suorū. **E**ccl. xxx. **S**ume aro-
mata boni odoris faciesq; thi-
miana pipias. **T**himia ē
cōfēctio boni odoris ad inzen-
sum, s. cult⁹ dī. **G**reg. **T**himia
ma et aromatib⁹ faciū cū i al-
tarī cordis virtutū multiplici-
tate redolemus. **P**rouer. viii.
Delicie mee esse cū filijs hoīm
q; si delectat in amore et deuo-
tiōe nra q̄escere. **D**ētertio fru-
ctu⁹, s. pietatis q̄ reficiat p̄imūs
Ps. **E**go q̄i oīua fructificau⁹
in domo dci. **O**īua portat ole-
um, alijs ad lucendū, alijs ad
sanandū, alijs ad reficiendū et
significat op̄ pietatis qd̄ impē-
dit, p̄imis. **P**rouer. xxi. **T**he-
sauros desiderabilis et oleū in
tabernaculo iusti ad refectōez
scz p̄imi. **L**u. c. **S**amaritan⁹
q̄dam videns spoliatuz quasi
pauperē et vulneratū q̄si subssi-
dio egente, misericordia mor⁹ est et
approprians alligauit vulnera
eius, subuenit necessitatib⁹ ei⁹
infūdens oleū et vīnū q̄si cibū
et potū et curā eius egit. i. **T**hi-
mij. **E**xerce teipm ad pietatē, pi-
etas em ad oīa vīl' est pmissi-
onē hñs vite q̄ nūc est et future
Ad quā nos pducere dignet
iesus xp̄s dñs n̄f b̄tē et glorio-
se yḡnis fruct⁹ et fili⁹ q̄ viuit et
regnat cum deo p̄re in vnitate
spūssanci deus q̄ oīa secula se-
culorum. **Amen.**

Explicitiū sermones de sa-
cramēto corpis et sanguis dñi

Notula et doctrīa mltū vīlls

O **E**s sacramēto eucharistiē nota q̄ qnq; sūt d̄
esse vīl' necessitate ipsi⁹
sacrī, s. sacerdos, intentio sacer-
dotis p̄ficiens, forma vborū
videlicz, hoc est corp⁹ meū, pa-
nis de frumento, et vīnū de vite
Letera sunt ad bñ esse et ad so-
lēnitatē sacrī p̄tinētia. vt: xxvi.
cruces q̄ sūt septem vīcib⁹ q̄i
corp⁹ xp̄i p̄secrat. **P**riō em̄ hi-
unt tres crucēs vt significeret q̄
oēs p̄secrantes raccedētes ad
corp⁹ xp̄i debet b̄fē tria, videli-
cet verā p̄tritionē, purā cōfessi-
onē, voluntaria satisfactōs. **S**e-
cūdo sūt qnq; crucēs vt signi-
ficeret q̄i in vendictōe illius cui⁹
corp⁹ hic cōsecrat fuerūt qnq;

psone, s. psona vendens, scz iu-
das, psona vēdita, s. xp̄s, et tres
psone emētes, s. scribe, pontifi-
ces et pharisei. Tertio fuit due
cruces ut significet q̄ bic duo
mūrānt scz panis in corp̄ xp̄i
et vinū in sanguinem. Quarto
fūnt qnq̄ crucēs ut significet
q̄ ille cui corp̄us hic cōsacrāt
habuit qnq̄ vulnera i suo cor-
pore. Quinto fuit tres crucēs
ut significet q̄ tria petim̄ qnq̄
corp̄us xp̄i p̄secram̄, scz ut di-
es n̄ros viuam̄ in pace, ut li-
beremur ab etna dānatiōe, ut
ter sanctos et electos dei nūc
remur in dñico grege, hac t̄cia
petitione canonis, diesq̄ n̄ros
in tua pace disponas et c. Sex
to fūnt qnq̄ crucēs, tunc enī
accipit sacerdos corp̄us dñi et
facit tres crucēs sup calicez ut
significet q̄ suscipies corp̄us do-
mini portare debet crucē v̄l' ca-
mōdō, q̄a oē qd̄ in mōdō est sic
dt Jobs aut est cōcupiscentia
oculor̄, aut carnis, aut supbia
vite. Septimo dicit sacerdos
Pax dñi sit semp robiscū, et fi-
unt tres crucēs, ut significet q̄
triplex Pax ē nobis necessaria
videlicet Pax in p̄sentī liberās
nos a culpa, Pax in morte libe-

rans nos a gehenna, Pax eter-
na post mortem liberans nos
ab omni miseria. De q̄ ysaias
Sedebit populus me⁹ in pul-
critudine pacis et in rege opu-
lenta. Item aliud nota d̄ ma-
ducantib⁹ corpus xp̄i. Come-
debant indei agnum pascales
accinct⁹ renib⁹, calciantis pedi-
bus, baculos habentes i ma-
nibus, cum lactucis agrestib⁹
et festinanter. Per p̄mū signifi-
catur puritas castitatis Luce
Sint lūbi vestri p̄cinctū. Per
secundum affectus deuotiois
Lanti. Q̄pulca es i calciamē-
tis tuis filia p̄ncipis. Per ter-
tium memoria dñice passiois,
Gen. In baculo meo transiui
iordanem istū. Per q̄rtū ama-
ritudo p̄tritionis Ps. Libasti
nos pane lacrimaz. Per quin-
tū p̄mptitudo voluntat̄. Pro-
uer. Cidisti hoīem velocez in
opere suo coram regib⁹ stabit.
et c. Conclūdēdo finaliter sci-
endū est q̄ sacrosanctū corp̄us
dñi nostri iesu xp̄i sumi debet
in memoriam passionis, p̄pici-
ationis seu reconciliatiōnis, di-
lectionis et vniōnis et c.

Tabula

Tabula huius opis breuis
et multū utilis incipit feliciter.

Acedere volentes ad corpus Christi quo ppter
ri debemus patet sermone xvii. et xviii.
Agnus pascalis significat corpus Christi sermonem xvi.
Beati in celo habebunt triplicem bonum de corpe Christi. x.
Libo spirituali indigemus ne deficiamus vi.
Corpus Christi comparatur triplici cibo. i.
Corp' Christi excellit sacrificia legalia in tribus. iii.
Corpus Christi ex tribus constat. scilicet aia corpe et deitate. iii.
Corpus Christi datur velutum propter quattuor. vii. et viii.
Corpus Christi datur sub specie panis ppter multa. ii.
Corpus Christi comparatur paine. ix.
Iecopas tritico. x.
Corp' Christi manducatur sed non minuitur. xiiii.
Corpus Christi digne manducatur augmentata. xiii.
Corpus Christi figuratur p agnum pascalem. xvi.
Loversis peccatoribus tria bona enuenit. xviii.
Corpus Christi bonis perficit ma-

lis nocet. ppter tria. ppter tria. ppter tria.
Corpus Christi comparatur pani. ppter tria. ppter tria.
Corpus Christi in mundo peccata relaxat. in purgatorio penas alleviat et in celo gloriam auminetat. ppter tria.
Corpus Christi est medicina contra triplicem malum hominis. ppter tria.
Corpus Christi de manu et eucharistica. ppter tria.
Corp' Christi datur sub duplicitate ppter tria. ppter tria.
Decor corporalis abscondit tribus modis. viii.
Diabolus hominem corruptit in anima et in carne et in vitro simul. vii.
Digne volens communicare imitetur grana ex quibus conficitur hostia vera. Sermonem. vi.
Digne coicantur magna et felicitas. ppter tria.
Dona que dedit hominibus gradatim. vi.
Duricia couerteri nolentium canatur ex tribus. ppter tria.
Duplex est corpus mysticum secundum Christum et dyaboli. xiiii.
Dulcedo spiritualis valet contra triplicem malum mundi. xiiii.
Duodecim fructus contra duo decim defectus generis humani. ppter tria. ppter tria. ppter tria.

Tabula

Dulcedo sanguis xp̄i tria bona facit.	xxxij.	Malorū nō cōicantū triplex est species	x.
Effectus corporis xp̄i est multiplex	xxvij.	Handucatur corpus xp̄i sed non minuitur.	xxij.
Effectus et utilitas sanguinis xp̄i est multiplex	xx.	Handucantū corp⁹ xp̄i spū aliter triplex est gen⁹.	xix.
Felicitas digne cōmunicantium	xx.	Handucatois spūalis triplex est utilitas	xix.
Fugere iram psecutoris debemus et iustus abscondere debet personam suam propter tria.	viii.	Memoriam xp̄i habere debemus ppter tria	ii.
Fructus corporis christi duo deci	xi, 2, xiiij, 2, xxij, p totū	Memoriaz dei nō habēs tria mala incurrit	q.
Fudit xp̄s sanguinem pro tribulicibus hominib⁹.	xxvij.	Memoria dei ppter tria est benda,	q.
Fructus bonorum operum est triplex	xxvij.	Memoria passionis domini ad tria valer	ij.
Grad⁹ diuine largitatis	v.	Veritū fidei est triplex	vij.
Homo assimiliatur deo in tribus	xxv.	Mirabilia q̄ fiunt in sacro.	
Induratōis triplex ē causa incipientes pfectientes et pfecti signant p triticum	ij.	Mortaliter peccans tria bona perdit	xxi.
Indigne cōicantium tria sunt genera.	vij.	Putatur vna res in aliā tripli citer scilicet naturaliter arte et gratia	ij.
Indigne cōicantes tria mala incurrint	vij, 2, xvij.	Occultare debemus elemosinam oratoez et ieiunium	vij.
Indignam cōmunionem tria causant.	xvij.	Obstinatōez in peccatis faciunt tria	vij.
Indigne cōmunicantiz tres sunt plague,	xvij.	Panis mutat in corpus christi et eius accidētia manet	vij.
Hypocrite ppter indignam cōmunionem triplex maluz incurrint.	xvij.	Preparatio ad die iudicij quoniam bonū cōferat.	xx.
		Preparatio ad corpus xp̄i dignē sumendū	iv, 2, vi.
		Presumptuose cōicantes triplex malū incurrit.	xvij.

Tabula

Pulcritudo corporis abscon-	satur ppter tria.	vii.	ficitur hostia
Quare sanguis christi sit effu-	sus p hūano genere.	xxvij.	Sensus nostri falluntur i cor-
Quare sanguis xp̄i nō dat cō-	mūbi sub specie vini.	xxvij.	pore xp̄i exēplo ysaac
Quomodo sub taz qua specie	panis tam magnū corp' con-	xvij.	Sub specie panis datur co-
	cinetur.	xvij.	pus xp̄i multiplici rōne
Quomodo uno eodemq̄ mo-	mento idz corpus christi sit	xvij.	Triticum est semen nobilissi-
	in multis locis	xvij.	mū. ppter tria
Quō diuisio sacrō corpus xp̄i	manet indiuisum	xvij.	Triplex malū mūdi.
Quō prepari debem⁹ ad cor-	pus xp̄i digne sumēdū. Ser-	xvij. 2, xvi.	Tria genera hominū argui-
mone			nur xp̄e sanguinē xp̄i
Quō digne māducantes con-	uertunt in māducatū.	xx.	Velatum datur corpus chri-
Remedium triplex cōtra pec-	cata	xxvij. 2, xix.	sti. ppter quattuor.
Sacrificia antiq̄ erant insuf-	ficiētia ppter tria.	10.	Verbo dei oīa facta sunt
Sacrificia legalia q̄dyalebat			Utilitas seu effectus spūalis
cur sunt instituta, quid signi-			māducatiōis ē triplex.
ficabant			Xps sanguinem fudit p tripli-
Sacerdotes comparātur tri-			cibū hominibus.
plici vasi			xxvij.
Sanguinis christi preciosi-			
tas.			
Sanguinem christi non acci-			
piunt communes sub specie			
vini			
Statut⁹ peccatorum compa-			
ratur granis ex quibus con-			

Operis huius tabula finit
feliciter.

66

fol. 66